

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Gloria eterna d cum uariis

Illuc festinate ubi semper uiuatis. Si enim sic amatis istam miseram fluuidamque uitam, ubi cum tanto labore uiuatis et ubi uix currendo, satagendo, sudando, suspirando necessariis corporis satisfaciatis; quanto magis amare debetis uitam eternam, ubi nullum laborem sustinebitis, ubi semper summa securitas, summa felicitas, felix libertas, felix beatitudo; ubi implebitur illud quod Dominus dicit in ewangelio: Erunt homines similes angelis, et illud: Fulgebunt iusti et cetera.

Augustinus de utilitate agende penitencie.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

miseram] miseriam B; sudando] suadendo P V¹ V² L¹ L²; satisfaciatis] satisfacitis V² L¹ L²;
amare] animare (*cor. sub et supra lin.*) M